

§. 12. Ex hæcenus datis de animæ immortalitate rationibus atque testimoniis, ejus simul separata existentia probata videtur, quia, quod immortale atque post mortem superstes est, post mortem quoque in certo aliquo statu & gradu existere necessario sequetur. Unde, quod reliquum & cardo rei nostræ est, sc. de statu animæ à corpore soluto in sequenti Definitionis capite commodissime sumus acturi.

CAPUT II.

τί ἐστὶ seu Definitio.

§. 1. Ad definitionem igitur nunc accedimus juxta monitum (o) Aristotelis: γνώσις ἢ ὅτι ἐστὶ, τί ἐστὶ ζητῆμα. Sit autem illa prius generalis à Philosopho (p) petita talis: ἡ ψυχὴ ἐστὶ ἐν πλείεσσιν ἢ πρώτῃ τῷ σώματι. Φυσικῶς ὁργανικῶς ζωὴν ἔχουσα δύναμις.

§. 2. Quæ definitio licet sua radiat luce, uno tamen vocabulo ἐντελεχείας multos offendit. Cicero (q) vertit continuum quandam & perennem motionem, deceptus literarum Antithesi γὰρ δ pro τ cognovit ἐντελέχεια ab ἐντελεχῆς, quod continuum quid significat, (r) ut ἐντελεχῆς πόλεμος, continuum & non intermissum bellum. Nec est, quod Politianus (s) in defendendo hęc Tullii tantum sudet, nisi quod Vicomer, facilius eum redarguat. Hermolaus Barbarus barbarè quidem rectius tamen (t) perfecti habeam ab ἐντελες perfectum & ἔχειν habere interpretatus.

§. 3. Quod Actus verum Genus sit probatur h. m. Si potentiam significat δύναμις, ἐντελέχεια utique notabit actum. Prius est verum. E. & posterius. Ratio connexionis est, quia δύναμιν ἐντελεχεία ipse opponit Philosophus (u) inquiens: ἐστὶ δὴ τι τὸ μὲν ἐντελέχεια μόνον τὸ δὲ δύναμις: Quicquid est, est aut actus aut potentia.

§. 4.

(o) lib. 2. Analyt. cap. 1. Cic. lib. 1. de offic. (p) Arist. l. 2. de anim. text. 6. (q) lib. 1. Tusc. quest. (r) teste Plutarcho. in Peric. (s) vid. Jacbe. lic. 8. Inst. Phys. c. 2. G. B. Zeis. not. in l. b. doctiss. (t) Nobiliss. Posner. in Coll. Probl. sect. 4. Phys. spec. q. 5. it. Coll. Diss. XII. §. 8. (u) Arist. l. 3. Phys. c. 1. t. 3.